



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 104. Sessio I. Conventus Mantuani

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. que Papa deinceps fieri prohibuit, & A. C. 1459. hanc in rem die trigesima prima Maji Mantuæ Constitutionem edidit (*), quam totus ferme orbis cum applausu accepit, & ipsi quoque Notarii tandem legem hanc vel inviti receperunt. Præcessit hæc Bulla Decretum de sedendi prærogativa, quod nonnisi die decima quinta Mensis Augusti promulgatum fuit.

§. CIV.

Sessio I. Conventus Mantuani.

Omnibus hisce controversiis tandem ex sententia compositis, prima hujus Conventus Sessio ad diem nonam Septembris indicebatur, ut apparet ex Pii II. literis ad Joannem Carvajalum in Hungaria Legatum pridie datis, in quibus Papa præstitutæ hujus diei rationem exponens, inquit: *adsunt enim ex omnibus ferme Christi fidelium nationibus, & ex tota Italia Oratores, conventurosque ante medium præsentem mensem Mediolani, & Mutinæ Duces speramus; ex Gallia quoque & Anglia, & Britannia solennes Legationes propediem aderunt.*

*Collect. Conc.
P. Labb.
tom. 13.*

§. CV.

(*) *Exstat Bulla tom. 2. Pii II. Constitut.*